

I. N. J.

## DISSERTATIO PHILOLOGICA,



Prov. XVII. 33.

perpendens.

Qvam

*Cum consensu Ampliss. Fac. Phil.  
examinandam fuisse*

AUCTOR

M, CAROLUS FRIDERICUS  
MENNANDER,

Fac. Phil. Adjunctus.

RESPONDENTE  
DANIELE PENTZIN,

Obstrob.

Die 24. Julii 1741. horis locoqve  
ante meridiem solitis.

ABOÆ, exc. Joh. Kiæmpe, Reg. Ac. Typegr.

S:æ R:æ M:tis.  
Summae Fidei **VIRO**,  
Regni Sveciae, **SENATORI**,  
Academiae. Åboensis, **CANCELLARIO**.  
*Celissimo. Illustrissimo.*  
*Domino. BARONI.*

# OLAVO CEDERSTRÖM

MAECENATI SUMMO.

**F**am. Qram. Facio. Disputationis. Aleam. In. Sinum. Immo. Ad.  
Pedes. Tuos. **VIR. CELSISIME. Qvem. NUMEN. Camenis.**  
Nostris. Ephorum. Constituit. Subiectissima. Mente. Manuque. De-  
volvo. Ut. Tuo. Judicio. Stet. Cadavre. Et. Simul. Me. Et Mea.  
Studia. Spes. Qvoj. Meas. In. Humilt. Fortuna. Afflictissimas. O-  
muem. A. Deo. Precatus. Felicitatem. Commendo.

EXCELLENTIÆ. TUÆ.

Subjectissimus. C: tens.  
Author.

Sic R<sup>e</sup> M<sup>e</sup>s.  
Summae. Fidei. V<sup>i</sup>RO.  
Collegii Qvod. Rei. Militaris. Curam. Gerit.  
PRAESIDI,  
ILLUSTRISSIMO. GENEROSISSIMO Q<sup>u</sup>ET.  
Domino. BARONI.

# CAROL. CRONSTEDT.

M<sup>A</sup>CENATI MAXIMO.

Fortitudinem. TUA. M<sup>i</sup>n. Bello. Justitiam. In. Pace. Depredicent.  
Alii. Ego. Gratia. Qua. Ibi. Me. Desinxisti. Jubila. Canen-  
tibus. Musis. Nostris. Memoriam. Devotai. Mente. Unice. Persequor.  
Dum. Hanc. Venerabunde. Pictatis. Tesseram. In. Ara. Tua. Colloco.

EXCELLENTIAE TUAE.

Devotissimus. Servus.  
Auctor.

Reverendissimo Domino;

# DOCT. JONÆ FAHLENIO,


Aboensi EPISCOPO, Academæ Auraicæ  
Pro-CANCELLARIO,

MAECENATI MAGNO.

Non excura aut circumspectione, ut eruditissimum TULLUM mereantur  
conspicuum, paginas basce mea Musa enixa est. Sed da hoc,  
Reverendissime Episcopo, gratie TUE & humanitati, qua me sepe  
erexisti & foriisti, ut umbraticus & vilis bie ingenii fortus, solito,  
hoc est, facili & benigno vulto a TE excipiatur, & sub auspicio NO-  
MINE TUO citra audacie notam simplici procedat ornata. Ego ve-  
cissim ardentissima pro perenni felicitate Tua vota fundere nunquam  
desistam.

Reverendissimi Episcopi & Procancellarii

Humilissimus servus  
C. F. M.



**F**uit apud gentes tantum non omnes priscis temporibus multis sortium, in negotiis praesertim gravioribus, usus (a). Et divini quid, sive a fato sive fortuna, sive genio aliquo, sive Deo hoc proveniree, illis inesse vulgo creditum. Ita apud Arabes duplex sortelegii genus observarunt eruditii (b), unum, אַלְטָסָר (i), quod sefferas interpretantur, quodque divisioni; alterum אַלְאֶזְלָא, quod divinationi inserviebat. Hoc per tres sagittas factum fuisse perhibent. Quarum primæ אַמְרָנוּ רַכְבֵּי, secundæ נְחָנָרִ רַכְבֵּי erat inscriptum, tertia לְפָעַל dicebatur, nulla nota insignis. Prout aliqua harum, postquam vaseculo erant inclusæ, manu extrahebatur, negotia ardua vel suscipiebāt, vel intermittebāt (d) Consuluisse præterea antiquos per sortes statuā quandā Herculis in Achaea legitimus (e), & oracula Dodonæa sortilegio eliciuisse (f). Nec cuiquam ignotæ esse possunt sortes in Italia prænestinæ (g), Patavinæ, Antiatinæ (h). Atque ex hoc

A

Sor-

(a) Ut plurima alia diversarum gentium præteramus exempla, inter Gracos Heroes per sortes in galeam conjectas, & a Nestore coimotas, electus in quicunq; Hellebore committeretur. Homer. Il. 9.

(b) Pocockius in Specim. hisp. Arab. p. 323. citatus Hottinger in Analyss. hisp. Theol. dissert. VI. p. 260.

(c) Mentio ejus Alkor. Jur. 2. ubi a Madamede prohibetur.

(d) Confer Ezech. XXI: 21. (e) Pausanias in Achaeis Lib.

VII. (f) Cicero de divinatione Lib. II. (g) Cic. ib. ubi eorum demeniam false videt, qui illis apponebant fiduciam. (h) Apud Sveton.

<sup>3</sup> fortium in sacris usu provenisse crediderim, quod oracula sortes, & divinatores sortilegi fuerint apud Romanos appellati. Fuit præterea alia sortitionis species gentilibus in usu; dum ex poetæ alicujus celebris, & ex illorum opinione, divini, scriptis verum aperto libro primo oculis obvium, oraculi ad instar habuere. Ut impieetas sortium in sacris eorum prophanis adhibitarum, vel me non dicente, satis elucet, ita hæc etiam consuetudo sortes Homerianas vel Virgilianas consulendi, sive antorsum sive retorsum rem consideres, omni destituebatur fundamento. Reperimus quidē in antiquorum monumentis prædictionum hujusmodi aliquas ipso eventu comprobatas, deceptricium exemplum fere nullum. Sed fuere voces sæpiissime æquivocæ, & in utramque interpretandæ partem. Et quamvis probabile sit, toties, si non sæpius, fecellisse has sortes quam vera prædixisse, casuum tamen, ubi decipiebantur, vel oblii fuere, vel saltim illos non publice exposuere antiqui, eventu comprobatorum æternam reddere voluere memoriam. Sed apparet, ut speramus, manifesto harum sortiū vanitas, & quid de universo sortiendi negotio censendum veniat, expoſito loco illo Salomonæ Prov. XVI: 33. בָּחַק וּוְתָרָה כָּל־מִשְׁטָה־הַגּוֹרֵל דָמְהָהָה ad cuius enodationem B. c. D. & favente lectore, accingimur.

S. I.

**P**rimo voces separatim contemplari lubet, & earum genuinas, quantum fieri potest, eruere notiones. Dein opera danda, ut constructionem earum, adeoque & sensum verborum, & sententiam auctoris asseverantur. הַרְחֵב A radice apud Arabes usitata cingendi actum denotante, ortum trahens, vario apud Hebraeos occurrit significatu. Proprie finum denotat, corporis humani medi-

am partem anteriorem, ita tamen, ut gremium, & vestem qva regitur sinus, interdum connotet Ita de Naemi dicitur, qvod apposuerit puerum (i) Et Moses jubetur: **הַבָּא נָא וְרֹךְ בְּחִיקָה** (k). Hinc ad generaliter designandum medium alicujus rei & intimum translatam vocem repeiimus. Ita ut interdum pro abditis hominis occurrat, quo sensu impius donum ad pervertendum judicem **מְחֹזֶד** desumere dicitur (l). Aliis in locis amorem intensum denotet, utpote dum **אִישׁ חִירֵב** uxoris dicitur maritus, & **קִנְשָׁת** **חִירֵב** viri uxor (m). Aliquoties de Deo per **אֱלֹהִים** **מְגֹדָלָה** **עוֹלָה** prædicatur (n) Et de Messia (o). Retribucionem largam & toto quasi sinu effusam tam præriorum (p), quam penarum (q) interdum significat. Concava etiam aliqua corpora voce hac designant Hebrei. Ita **וְרֹכֶב** **חִירֵב** legitur (r). Sunt inde, qui per **קִנְשָׁת** **חִירֵב** qvodlibet sruatum intelligi posse putent (s). (t)

## A 2

## De

(i) Ruth. IV. 16. (k) Exod. XVII. 6. 7. (l) Prov. XVII. 23.  
(m) Deut. XXVIII. 56. 54. (n) Ps. LXXIV. 11.

(o) Es. XL. 11. (p) 2. Sam. XII. 8. (q) Esai. LXV. 6. 7. (r)  
I. Reg. XXII. 35. (s) Lavaterus & Cornelius a Lapide, ci-  
rca Gejero in b. l. tr. Auctor libri Gallici: Reflexion sur ce  
qu'on appelle bonheur &c. p. 100. on jette le sort dans le  
sein, c'est à dire; dans le creux de quelque vase

(t) Observare liceat, locutionem illam de sinu Abrahæ a  
Servatore adhibitam Luc. XVII. 23. avua Hebraos obtainere quo-  
que eodem sensu: **וְשָׁבָכְרִיחּוֹ שֶׁל אֲבִיהָם**  
Hodie sedet. In sinu Abrahæ Talm. Kidausib fol. 72. 2. conf.  
Buxt. Lex. Rabb. Talm. p. 748. Alteram quoque lo-  
quendi formulam ad latronem usurpatam de paradiſo, de-  
prehendes apud Rabb Judah Zaboram, Nahmannidem  
& alios, qui per **יַעֲלָה** **הַר** hortum Edenis vel paradiſum

De voce שְׁוִיר non opus est ut multa moneamus: A radice טָוֵל in Kal inusitata, quæ ejetus fuit, in Hophal significat, origines reperit. Ita de Chonania legit us: Cur ipse & seme ejus? (t)

A radice לְזַב, lapidous fuit, apud Arabes usitata, ortum est Hebraeorum לְזַב, quod adeo vi originis lapidem denotat. Hinc sorte proprie significat, calculum & notam quamlibet, cuius casu in sortilegio decidetur. Eiusque hæc sors vel divinatoria de præteritis, ut dum יְמִלֵּה בְּגֹוָרֶל נָחֲלָתָה (u); vel divisoria, ita per sortes hereditatem suam accepunt tribus Israel (v); vel etiam consultatoria de futuris. (x). Reliquas vocis acceptiones, dum interdum pro effectu ipso sortilegii, interdum pro hereditate vitæ futuræ &c. sumuntur, nos intactas relinqueremus cogimur.

Projecta ita sorte, מִרְוחָה כָּל-מִשְׁפְּטָו, provenire in posteriori versus hemistichio afferit divinus vates. Vox שְׁפֵט ad radicem notissimam *judicavit*, sententiam scilicet, originem refert, & generatim quamvis discretionem, & omne id, cui certa norma agendi est, indicat, adeo ut ad ius, judicium, moxem, consuetudinem five justam five injustam, modum, dispositionem & mensuram significanda adhibeatur. (y). Dum de Deo præ-

beatore futuram vitam explicitant; quem quidem statum diversis nominibus insigunt, dicendo: animas piorum esse positas בְּמַרְוָת בְּצִדְקָה הַחֲנִיכָה in fasciculo vitæ, בְּמַרְוָת in excello, בְּאַרְצָה in thesauro, sub solio gloriae. Quin gradue etiam Iudaos afferuisse istius beatitudinis, prout pœnarum infernalium, ex autoribus ipsorum probat Celeb. Pocockius in append. notarum miscell. c. 6. p. 106.

(t) Jer. VIII. 14. Jon. I. 7. (u) Jos. XIV. 2. (x) 1. Sam. X. 20. 21.

(y) Confer autores passim, præsertim Stockium in clavis, & Gassarium.

dicatur, regimen ejus in mundum, & speciatim genus humanum, justitia & bonitate temperatum, inculcat. Nam אלהי חמשת משבט (z). Hinc appellatur אלהי חמשת משבט (a). Heic illam providentiae divinæ partem, quæ circa sortium contingentiam versatur, vox hæc significat.

Expensis ita breviter vocibus, nil in combinatione carum a solita Hebraeorum confruendi ratione ab ludens reperiri, porro observamus, nisi quod in רוטל אהן חנורא Verbum cum nominativo mediante accusativi plerumque nota אהן construatur. Cujus structuræ tamen alia etiam suppetunt exempla, ut ; ימלא כבورو ; אנת כל הארץ (b).

## §. III.

**M**Odum apud Hebraeos in sortelegio exhibitum ex scriptura sacra non valemus definire. Neque Rabinorum monumenta faciem heic sufficientem accendunt. Fuisse tamen diversum, vel inde videtur colligi posse

(z) Deut. XXXII. 4. (a) Mat. II. 17 (b) Pf. LXXII. 19.

"Quis fuerit sorteitionis ritus circa bivium emissarium, indicet. R. Bechai ad Levit. XVI. טעםיך אחד לימיין ואחר לשמאל ונתן שות ידו בקלווי ונוטל גורל בימין וחכיוו בשמאל ונתן עליהם את שכטוב בו לשם זאת שכטוב בו לעזאזל משקלח לעזאזל Hirorum inquit unum constituebat sacerdos ab dextram, alterum vero ad levam: utramque autem manum mittebat in pyxidem (in quam scilicet sorte erant) sortem unam educens dextra, sinistra alteram, hincisque eas inponens, ut cui obtingeret fors illa quæ scriptum haberet Domini, Domini sorte, cui vero Azazel, in azazel montem ablegaretur. Simeon de Muis varia sacra ad Lev. XVI. Lignas fuisse haesortes, docent Hebraeorum antiquiores, urnamque summo pontio-

posse, quod variis occasionibus fuerit a Judæis adhibita sortitio (\*\*) Ceterum de instrumentis sortitionis non constat, an per tesseras, vel chartam, vel calculos, vel alias notas quilibet eam communiter peregerint. Et quamvis loco nostro asseratur, fuisse in finum projectas sortes, non tamen æque patet, an fuerint ejus, cuius intererat, vel judicis, vel alius personæ suspicione carentis finui commissæ? An fuerint vestibus orientalium sinuosis & laxis exceptæ, & in finum ab extremis vestium oris contractis factam projectæ, vel in

vasculum traditam, in quam eas conjiceret, concusssaque utræque manu urna extraberet, alteram dextra, sinistra vero alteram. Prout autem ab ubique ejus latere constituti erant birei, de ipsis decretum erat sorte, quo in manu pontificis enique bircorum proxima occurrebat. Quod si dextra extrabere sortem, que Domini erat, conrigit, ut tempore suissimi pontificis Simonis Justi semper factum ferunt, optimum inde omen de placata justitia divina desumserunt. Mischna tract. נמי. Vide & Mainonid. in הכטפורה Leo de Modena Cerem. jud. part. III. c. 6 Bext. Synagog. Jud. c. XX. Et hinc videntur nonnulli occasionem sibi arripuisse, universalem modum sortitionis spud Judæos & nostros etiam loco intelligendum, comminiscendi. ex. gr. auctor Gallicus ענברדאךטוס l. c: Lors que l'on vouloit decider quelque chose par le sort, on prenoit un vase dans lequel chacun jettoit sa marque, on le secovoit ensuite fortement, & celle qui sortoit la premiere, signifioit, que celui de qui elle etoit auroit se dont on etoit convenu s'il s'agissoit de quelque partage.

\*\* Hoc restantur ipsi. ען חקנין על חישרין טליתין proiecabant sortes super res sanctas, ut scil. dividerent eas aequaliter inter sacerdotes. Schabb. fol. 148 b. in Mischna, sic in Talmud,

7

vesculum sinu servatum. \*\*\* Hinc est, quod ideas omni modo determinatas vocum: sors projectur in finum tene vires nostræ non valeant sistere. Sufficit clare apparet, Salomonem hoc loco de sortium tam humana administratione, quam gubernatione divina agere. Projici illis temerarie quasi & fortuito ab hominibus in finum, quod vero sic vel aliter cadant, judicio diuino fieri.

Ita etiam interpres communiter versum nostrum exponunt, nisi quod septuaginta viri ita transferant: Εἰς κόλπους ἐπέρχεται πάντα τοῖς ἀδίκοις, καὶ οὐδὲ μηχανή πάντας. Quidam fere contentit versio Arabica. Syriaca aliae insistit interpretandi viæ, ad o ut hunc fere sensum excusat: In finum dolos cadit sors ejus, & a Deo egreditur judicium ejus. Targum ita vertit: בְּעֵבֶר לְשָׁתָּה נִפְלָה פְּצָתָה וּמַן אֱלֹהָה נִפְקָדָה רִוְנָהcadit sors, & a Deo egreditur judicium ejus. Versio-

nes

מֵי שְׂטָבֵל וּמֵוָא יוֹפּוֹס הַפִּילו מֵי שְׂזָכָה: Is qui lavit se, veniat & sortiatur: sortiebantur & qui dignus sorte d. prebendebatur, primus ingressus est ad expurgandos cineres ab eo scil. altari. In Bereschit Rabba de tunica Josephi sortitos fuisse ihsius fratres perhibetur: כְּהוּנָה פְּסָמֵד. שְׁהַפּוֹסֵד אֲלֵיה אִזְהָרוּלִיבְּהַמְּלָאָכָל Tunica Josephi Passim dicta, ideo, quod sortem projecterint super ea, quisnam ex ipsis deberet eam ferre ad patrem. Conf. Buxtorf. lex. Rabb. Talm. p. 1726 sub rad.

\*\*\* Erat etiam Iudeis in usu, in mensa sortibus uti, quod patet ex Talm. Lib. Tasmid, c. 1. Sortiens עַם בְּנֵי נָעַם cum liberis suis & liberis filiis suis super mensam, scil. de bareitate divisa de dividenda. cit. Buxtorf. prox. cit.

\* Iudei quoque sortes providentia divine subjiciebant. Causamenim,

<sup>8</sup>  
nes latine inter se consentiunt, nisi quod apodosin vulgata & Osiandrina reddant, quod sortes a Deo temperentur; Junio Tremelliana: quod tota eorum ratio in Jehova sit; Pagnino Vatabliana, quod a Deo sit iudicium earum. In versionibus Europaeis reliquis non est observabilis dissentius, \*\*.

§. §. III.

**V**Indicat ita Salomo Deo omne in sortes iudicium. An vero id velit, Deum providentia, voluntate vel actione particulari ita praefesse sortibus, ut eas & earum casum immediate semper determinet in hanc vel illam partem: An vero indicatum salem cupiat, sortes esse Deo, qui universum produxit, & omnes res earumque actiones conservat & gubernat, ejusque providentia generali, ut reliquos effectus naturales, subjectas, nulla interveniente circa illas speciali ejus opera, de mortuam hominibus omni in illas imperio, illud dispiciendum porro

est.

cur non bicus emissarius pro arbitrio Sacerdotis, sed sorte fuerit electus, hanc allegant, ne quid beis casui, sed totum Dei providentia, tribueretur. לְפָנֵי שָׁהָרֶב הַנּוֹלָק עַל יְדֵךְ

"נִתְחַדֵּשׁ כָּל הַמִּזְבֵּחַ וְכָל הַמִּזְבֵּחַ מִתְחַדֵּשׁ" quod enim sortitu distribuitur, a Deo est. R. Bechai. conf. Sim. de Matis in variis sacris p. 47<sup>o</sup>. tom. VII.

\*\* Id tantum observamus, Germanorum los, Dan. lod. Angl. & Belgo. lots, & Anglosaxonicum Hlet hoc loco' occurrens, esse ab antiqua Gothicā voce Hlauta, qva apud Ulphilam Mare. XV. 23 & Lus 1. 9. reperitur. Cui cognatum Islandicum Hliota, Sortiri. An vero voces ha' affinitatem aliquam habeant cum Græcorum λάχθ., sors, aut inde sint contradictiones, vel cum voce Ionica λογχή, an vero ex κλῆρο per transpositionem litterarum prodire potuerint, illi, qvibus orium est, distinguirant.

est. Qvamvis Deo a Salomone heic assignetur iudicium  
omne de sortibus, non tamen inde sequitur, speciali  
hoc se esserere modo. וְאַתָּה אֱלֹהִים enim non indicat semper  
providentiam specialem, & in Scriptura Sacra, præter-  
tim a אלהים, effectus naturales, qui ab hominibus  
non dependent, Deo assignantur. Ita וְאַתָּה אֱלֹהִים appellatur  
תְּבִשֵּׁנָה תְּבִשֵּׁנָה (c) Tonira תְּבִשֵּׁנָה (d). De arboribus in  
desertis sponte crescentibus dicitur, quod eas עַזְוָן (e).  
Et ad providentiam hanc Dei generalem sortes etiam  
generatim spectare referenda veniunt. Pone enim, pro-  
videntia speciali illas omnes dirigi, & eventum earum,  
qui sape natura sua exigui admodum probabilitatis gra-  
dus, & interdum vix 100 certitudinis est, ad certidi-  
nem tamen a Deo determinari, nulla materiae legum  
habita ratione; ita futurorum contingentium eventus,  
modo sortes consuleremus, fallere nos nunquam posset,  
& earum decisiones pro oraculis diuinis venirent haben-  
da. Qvumque miraculi nomine communiter veniat in  
mundo materiali effectus suspensa lege motus productus,  
severetur, Deum miracula quotidie patrare, immo in  
hominum gratiam spissime indignorum, & in locis,  
ubi nemo Deum præsentiam singularem manifestaturum  
suspiciari potest, plura, quam in ecclesia sua unquam  
præstitit. Ostendunt vero tam Theologì qvam philoso-  
phi, rarissime naturæ ordinem sapientissime constitutum  
suspendi per miracula (\*), & ea in natura quidem, non  
tamen propter naturam fieri. Negque habent sortes il-

## B

lud

(c) Gen IX: 18, 13. (d) Job. XXXVII: 2. (e) Num XXIV: 6.

Thearchia est potentissima, sicut tamen rebus  
creatis ordinarie attemperata. Quem enim Deus ordi-  
nem semel constituit, non facile mutat, nec prouera ser-

Jud. בְּנֵי יִשְׂרָאֵל (f), quod in genuinis miraculis adesse oportet. Sequitur ergo Salomonem assertere: Sortes ab hominibus projici quidem, misceri & extrahi, sed non esse in illis prudentiae humanæ ultra aliquum locum. Respectu vero Dei non esse illas fortuitas, verum eventum earum fuisse illi ab æterno prævisum, & ad sapientes fines ordinatum. Agere quidem pro ratione esse sentire lux in sortilegio caussas secundas: rationales cum libertate agendi tesseras & sortes ipsas secundum motuum leges cadere. Debere vero eas naturam & vim agendi suam Deo conditori, qui una eademque cum creaturis actione actiones & motus earum sustentat & gubernat.

#### S. IV.

**N**on quisquam adeo temerarius est, ut ause negare, posse Deum speciali etiam modo sortes dirigere, ita ut hominibus eveniant, quibus absqve hac divina opera non obtigissent. In ecclesia Judaica sortes erant inter symbolica revelationis divinæ genera, & specialis providentia divinæ circa sortes illo ævo prostant exempla. Divisio terræ promissæ facta sorte per Josuam inter tribus Israel (g) divina procul dubio singulari providentia fiebat, singulis enim sortes secundum vaticinia ante lata, eadebant (h). Circa sortes adhibitas in detectione furti Achani (i), & electione Sauli (k) singularem etiam Dei curam se exercuisse, pie creditur. Superstitiones denique nautarum Jonam vehementium sortes recte cecidere, quibus in caussam ortæ tempestatis inquirebant

(l) va est humanæ curiositatis, & pruriginis, ut miracula prodige fundat. Danbau. Theol. conscient. t. II. p. 115.

(f) Exod. VIII: 19.

(g) Num. XXVI: 55. (b) Gen. XLIX: Deus. XXXIII.

(i) Jos. VII: 14: seq. Conf. Seb. Schwidium ad h. l.

88

cl). Nam quæ præterea afferi solent, specialis divinæ circa sortes curae in veteri sœdere exempla omittentes cogimus.

De electione Matthei ad apostolatum (m), dissentunt interpres. Plerique enim κλήψις per sortes, στύγασθαι Φίλειον per communib[us] calculis adseiscere, exponunt, de vocem aurorū ad candidatos apostolatus referunt; ita ut sorte electum putent. Nonnulli suffragia tantum deditisse sua præsentes, & numero votorum viciisse Mattheiam, ita ut annumeratus postea fuerit Apostolis, afferunt (n). Hanc controversiam jam non vacat excutere. Quocunq[ue] vero electionis modo usi fuerit ecclesia Apostolica, credibile est, non tamere, sed ex insinu[ti]o[n]e spiritus, illum fuisse exhibitum. Adeoque non posse hanc electionem, si per sortes facta fuerit, in exem plu[m] trahi temporum seqviorum, disparium multiplici nomine. Verbo: In allatis exemplis ortilegia aut auctore Deo vel mandante vel inspirante fuere instituta, aut erant hæc privilegia singulorum, quæ non possunt legem facere communem.

S. V.

**N**escio an ex loco nostro non rite intellectio, an vero ex sortibus gentilium poeticis illa consuetudo inter primos Christianos ortu[m] duxerit, ut ex pagina evangeliis sortes legerent (o). Precibus nimis ad D[omi]num fusis tres libros, i. e. Prophetas, Apostolos & evangelia supra altare collocabant clerici, quibus ordine referuntis, primo qui occurrebat versu[n]o negotio, de quo quæstio erat, aliquatenus ex parte appli-

(k) I Sam. X: 21. (l) Jon. I: 7. (m) Act. II: 26.  
(n) cfr. J. C. Wolfi curas philol. Et crit. Er. Schmidii not. in N. T. in bunc locum. in Hartmannum in orig. Civit. Christiano. v. VIII: (o) August. Ep. LV, ad Januarium, confer etiam Confess. b. VIII, c. 12.

applicabili, quid evenireet, consulenti has sortes, ostendi  
putabant (<sup>8</sup>). Sed carebant omni revelatione, edocente  
eos, Deum ultra velle hoc uti revelationis medio (<sup>9</sup>). Et  
absurdum cogitatu est, Deum velle nobis revelare ali-  
qua per modum quem ipse non prescripsit, sed nos ex-  
cogitavimus. Preces, quas huic negotio adhibebant, si  
rite rem perpendisse, tantum abfuisset ut potuerint  
sperare Deum exauditum, ut potius justa illis fuisse  
timendi ansa, curiositate hac eum graviter offendit (<sup>10</sup>).

Sub evangelio vult Deus, ut providentia ejus in soli-  
dum acqviescamus, de futuris aliis non solliciti, nisi iis,  
que expectante nos post hanc vitam, quaque a presen-  
tibus dependent; h.e. observatione ordinis gratia, ita ma-  
nifesta, ut novæ revelationis illustratione non egeat.

Cum ergo providentia divinæ universali subsint sortes;  
cum raro & in casibus extraordinariis particulari modo  
illæ direxerit Deus; cum revelatione & promissionibus  
de ulteriori speciali Dei circa sortes cura destituamus;  
cumque demum pleraque sortilegia effectus providentia  
divina speciali dignos non exhibeant: concludimus, sortes  
non esse in dubitatione humana divina indicium voluntatis spe-  
cialis (<sup>11</sup>) magnamque incursero eos tentati Numinis ir-  
reverentiam qui ad sortes divinatorias aut consultorias,  
tanquam tribunal aliquod divinum provocant (<sup>12</sup>).

Sortes decisorias & divisorias quod attinet, possunt  
illæ in casibus dubiis licite adhiberi, ad tollenda discordia-  
rum semina, ad dividendas possessiones, & aliis in nego-  
tiis

(8) Greg. Turonensis lib. IV. (9) Exemplo Christi Luc.  
IV. 18. non habilitar bac sortes biblicas quarendi conservando.  
(10) Variis conciliorum eam probitatem legitimus, ut Agathensi, An-  
selmianensi argue. Antiphodorense. (11) August. in Ps. XXX. (12) J.  
Gerhard. de ministris eccles. p. 199.

iiis ubi consultum duxerit magistratus ('). Lotteria, qvæ  
ob publica instituuntur commoda, suo non defraudanda  
sunt elogio. Immo, nec recreationis causa sortibus uti illici-  
tum, modo non sorte ultra fidamus, qvam humanæ &  
Christianæ prudentiæ regulæ permittunt, aut ossa mor-  
tua revivida tempus & opes mortalium consumant.

### TANTUM.

\* Ita de divisione honorum hereditariorum sancie antiquum  
jus nostrum provinciale: Nu wilja syskene arfwe sino skifta,  
tha Stulo fränder thera widher wara ath minsto twe, luth  
i stöth läggia, phras ad Salomonam appropinquante, oħ si  
dhan luta. Ersd. b. c. XII. Valeit sortitio etiam cum vi no-  
va legis in divisione hereditatis. Torda b. c. 6. §. 3. Ersd.  
b. 12. §. 13. cc. In decimatione rebellium. Misg. b. c. 6. §. 2.  
In aequali numero suffragiorum ad officia ecclesiastica Consistorios  
rum dispositioni relitta. Kl. förord. af den 15. Junii

1739 §. II.

